



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et  
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1647**

§. 5. Ignium Monstra.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](#)

¶ Cap. I. Quid, quām varia,

Plin. l. 2.  
cap. 24.  
S. Augu-  
stin. l. 12.  
de ciuit.  
c. 8.

ti. Itaque & in ipso cælo stellæ repente nascun-  
tur, ait Plinius, & stella noua Cassiopeæ,  
& illa vetus stella Veneris, quām D. Augu-  
stinus, ex libris M. Varronis refert, sub  
rege Ogyge, magnitudinem, figuram, &  
cursum mutauisse, & nuper visi satellites

Iouis, & si quid aliud insoliti natura in-  
astris, aut sub astris parit, testantur vel  
monstra subinde quædam inibi, vel mon-  
strosa emergere. Qualia non Machabæo-

Daniel. 8.  
3. Plin.  
l. 2. nat.  
hist. c. 57.

rum duntaxat liber, aut Danielis Prophe-  
tæ, qui arietem vidit multicornem, sed eti-  
am profani scriptores referunt. Plinij hæc  
sunt: *Armorum crepitus, & tubæ sonitus*  
*auditos è cælo, Cimbricis bellis, accepimus,*  
*crebrosq; & priùs, & postea. Tertio verò con-*  
*suratu Marij, ab Amerinis & Tutertibus*  
*speciata arma cælestia, ab ortu occasuq;, in-*  
*ter se concurrentia, pulsis, quæ ab occasu*  
*erant. Ipsum ardere cælum, minimè mirum*  
*est, & sepius visum, maiore vi ignis nubibus*  
*correptis.*

§. V.

*Ignium Monstra.*

Quod si pro monstro habendum est, &  
igni, & aëri ascribi potest. Vti & quando  
cælum sanguinea specie apparuit, Philippo  
Græ.

Græciam inuadente. Nec non ille clypeus,  
 qui ardens ab occasu ad ortum scintillans idem l. 2.  
cap. 34. &  
 transcurrit, solis occasu, L. Valerio, C. Ma-  
 rio Consulibus. Quin & scintillam è stella  
 cadere, & augerit terra appropinquantem: ac  
 postquam lunæ magnitudine facta sit, illuxisse,  
 ceu nubilo diei: dein cùm in cælum se reciperet,  
 lampadem factam, semel unquam proditur,  
 Cn. Octauius. C. Scribonio Coss. Vedit hoc Li-  
 cinius Syllanus proconsul cum comitatu suo.  
 Imminente Romanis primo ciuili bello,  
 ignis ex hastis subito emicuit, qui vix po-  
 tuit extingui. Vidi nocturnis militum vigi- Ib. c. 37.  
 lijs, ait idem author, inhærere pilis pro val-  
 lo fulgorem effigie ea, & antennis nauigantiū,  
 alijsq; nauium partibus: ceu vocali quodam-  
 sono insistunt, ut volucres sedem ex sede mu-  
 tantes: graues, cùm solitariæ venere, mer-  
 gentesq; nauigia: si in carinæ ima deciderint,  
 exurentes. Gemina autem salutares, & pro-  
 speri cursus prænunciae, quarum aduentu fu-  
 gari diram illam ac minacem appellatamq;  
 Helenam, ferunt. Et ob id Polluci & Castori  
 id numen assignant, eosq; in mari deos inuo-  
 cant. Hominum quoque capita, vespertinis ho-  
 ris, magno præsagio, circumfulgent. Omnia  
 incerta ratione, & in natura maiestate abdita.

B 5

Hæc

Hæc ille. Tametsi & Theologi, & Philosophi multa è naturæ maiestate eruerint, quæ non semper sunt censenda propriè monstra, quia à recta consuetaque secundùm speciem dispositione non deuiarunt. Hominum non capita solum, verùm etiam reliqua membra, nocturnis, præsertim frigidioribus horis, fulgorem; ac veluti scintillantes stricturas iaculari, cùm dilaricantur, saepius experti sumus, exhalationibus calidis tuac exilientibus, & per antiperistasis frigoris, se se accendentibus, quæ interdiu collectæ conclusæque latuerunt. Quo pacto fortasse Seruio Tullio adhuc puerulo dormienti flammam circa caput emicuisse domestici oculi annotauerunt. Quamquam non potest negari, plurimos Sanctos, diuina etiam vi radiasse, claraque in luce refulsiſſe. Ob quam causam etiam Djui pinguntur capite radioſo. Neque enim Angeli duntaxat explendescunt ad eum modum, quo luxit is, cuius aspectus erat *sicut fulgur*, sed etiam homines sancti, ut Moyses cuius cornuta facies insolitam lucem facesque iaculans filios Israel exterruit; & ipse sanctus sanctorum, cuius facies resplenduit *sicut sol*. Sed facile est ei,

Val. Max.  
l. 1. c. 7.

Matth.  
28. 3.  
Exod. 34.  
29.

Matth.  
17. 2.

ei, lucem producere, qui ipsum condidit  
solem. De Castore & Polluce, etiam num  
nauigantibus omen ferentibus, copiosè  
disputat, in sua Peregrinatione Hierosoly-  
mitana Illustrissimus Princeps Nicolaus  
Raziulius. Meteora ignita talia posse,  
Philosophi ostendunt; solere, multi oculi  
lati testantur; Deos non esse, fides & Theo-  
logi docent; dæmones subinde esse malos,  
quoniam & bonos Genios, primum est aestima-  
re; certum est, bonum Angelum sub pro-  
digioso igne fuisse, quando Moysi apparuit Exod. 3.2.  
*Dominus in flamma ignis de medio rubi: & vi-  
debat, quod rubus arderet, & non comburere-  
tur. Excitatus igitur nouitate rei dixit:  
Vadam, & video visionem hanc magnam,  
quare non comburatur rubus.*

§. VI.

Aëris Monstra.

Sed ab ignibus ad aërem reuertamur,  
varijs pluviarum monstris insignem. Si Plin. I. 2.  
quidem prater hac, inferiore calo relatum in nat. hist.  
monumenta est, iacte & sanguine pluisse C. 56.  
Acilio. C. Portio Coss. Et saepè alias carne,  
sicut L. Volumnio, Servio Sulpicio Coss. eamq;  
non perpetruisse, quod non diripiuerint aues.  
Item ferro in Lucanis, anno ante, quam M.

Crassus